

Westerbanio.

(126)

Quam duras, Vir amice, voles imponite leges
Largus in ingratum non esis Hugenium.
2. En ego promissi, pro missis stare paratus
Quo nequeat quidquam gratius esse dabo:
Pro Fragisque Rosisque, puta, cum venerit Aestas.
Ipsas tibi reddam Fragas, Rosasque tuas.

Westerbanius.

3.

Fragas rosasque dedi: Tu si, cum venerit Aestas
Fragas rosasque dabis, fragas rosasque tuas.
Sit mihi fas, humilem nisi dedignaris amicum
Dicere, summe virum. Jam sumus ergo pares.

Hugenius.

(127)

Fragis Rosisque si case^{re} commodum est
Fragis rosisque commoda vitaulio.
Vitaulianas commodator auferes.
Fragis Rosisque grationes Gratias.

Westerbanio.

(128) (135)

Fecit Amicæ valetudo Vir Nobilissime, cui committ^{re}
tene tabellas soleo, et mea item non ad amissim bona
ut hasce postremas acceperim, pridio postquam fuerunt
scriptæ. Hinc est quod serius rescribo, gratiasque ago
quas mereri voluisti, et plane meritus es lufulentæ
Latinitatis purus et lufulentus interpres, si gratiam
gratiã cumulare amas, iterum te rogo, ut quas
hujusmodi amoenitates ventilanda bene inter nos
ludantur, longius ne prorepant, certe Typographo
rum fidei ne committantur. Ab eo tempore quo
non unam causam esse, ut sic mouerem, scripsi,
alia porro non una accesserunt. Vale et me ama.
Haga. XV. April. 1626 LIII.

Tui observantissimis
C. Huygens.

(129)

Westerbanio.

Morem tibi, sine morã gessi, Vir Amice: nec religio
fuit elogio quatenusque prosequi Poema non inspectum,
quianam profectum ab illâ manu, quanto satis certus
sum

sum nihil prodituram, quod omni proconio non sit par
 et æquum. Equidem si festinando hoc effecerim, ut
 maturare tu quoque velis editionem opusculi, quo me
 præcipue docturus sis Τῆς ἡαλῆβου, τῆς ἑεεσ α, τῆς
 ποῖ δ' οὐ εἶν εἰτελεαδῆ. simul de literatis omnibus
 et me ipso splendide uterque merueris, quod ut fieri
 patiamur, Viri Eximie, serio te rogo. Hugae Com.
 IV. ΠΙ ΔΕΟ: ΕΙΩΙΩΕΙ ΠΙΙ.

D. T. uelut et amicis
 integer

Salmassio.

Cl. Salmasio
 Viri incomparabili.
 C. Huguenius. S.

(430).

Discipuli ad te scribere, Viri Nobilissime, et ex ingenti itinere
 felicem reditum gratulari, cum spes idem alluceret
 fungi me hoc officio posse coram et reciproco verbo
 rum commercio, quibus te præcipue disserentem audire
 esset de miraculis Regiæ Virginis, quo mihi quidem
 tota miraculum est. Discipuli hoc ^{ergo} ego ac differo, ut
 vides, varii districtus, et ab itinere tam breviculo
 aliis subinde aliisque negotiorum auocamentis impe-
 ditus. Si pungetur tamen hoc nomen ~~origis~~ quanto
 ejus, si Deo visum erit, dum defluit annis, et
 ille labitur, Ecce me lauseatum tibi sisto, atque
 ijs floribus redimitum, quibus, natura genio, inde
 a puero fateor me captum et gavisum, et plusculum
 indulsisse, quo successu fama viderit: quam laudabili
 instituto, quam minimis probo, hinc illi censeant
 quibus ista curæ aut contemptus, inde alii, quibus aut
 ingrata aut placita sunt. pro palatis enim et hominum
 diverso captus jocularium perinde ac seriorum fata
 cadunt. Noster autem ille furor involare solet
 in obuios quoscunque casus. etiam a re non levi-
 cula ludendi argumenta captare. Egregios nimirum
 cives Poetas, qui in ^{ipsa} clade publicâ suppetere, quo se
 consolentur autumant, modo res in acumen incidat
 Epigrammate dignum. Hæc ego ^{æge} hæc diebus in-
 saniam insanini, operamque dedi sedulo, ut quam
 paucissimas in Christiani Orbis gentis lateret, singulas
 suo sermone testes advocaui meæ, ut elementer dicam
 impotentia

in
 tur